

mus exterior, quadraginta sibi cubitos vindicabat. Ex quo fiebat, ut domus interior, quæ Sancta sanctorum dicitur, sive oraculum, viginti tantum cubitis in longitudinem pateret. Hanc igitur interiorem partem, sicut in exteriori fecerat, à pavimento ad summam testitudinem è cedrinâ materiâ tabulis obduxit.

VERS. 17. — PORRÒ QUADRAGINTA CUBITORUM ERAT IPSUM TEMPLUM PRO FORIBUS ORACULI. Templum pro foribus oraculi, id est, quod *sancta*, aut *domus exterior*, quæ est ante fores interioris domus, quæ est in eo pariete, qui domum unam ab alterâ distinguit. Hæc autem necessariò cubitos habet quadraginta, quia ex sexaginta quibus tota domus constat, interior domus viginti detraxit.

VERS. 18. — ET CEDRO OMNIS DOMUS EXTRINSECUS VESTIEBATUR, HABENS TORNATURAS, ET JUNCTURAS SUAS FABREFACTAS, ET CÆLATURAS EMINENTES. Agit hic, opinor, de utrâque domo, id est, de sanctis, et Sanctis sanctorum, quarum parietes dicit esse tectos è cedro, cui inerant cælaturæ variæ, atque emblemata, et in ipsius juncturis tantum erat artis atque decoris, ut non à necessitate compactæ, sed ab arte quæsitæ viderentur. Cælaturæ porrò dicuntur eminentes, quia non erant incisæ tabulis, et in illis excavatæ, sed extantes è tabulâ modicè, quæ, ut opinor, ab Hispanis dicuntur *de medio relieve*. Quarum verò rerum figuræ hoc cælaturæ genere expressæ fuerint è tabulâ, dicemus postea suo loco commodiùs. Nunc sat fuerit, quid translationes aliæ nobis ostendant, paucis indicare, post fortassè pluribus. Hebraicus textus: *Cedrus ad domum intrinsecus, sculpturâ instar fundæ et colocyntharum*. Chaldaicus: *Et fecit cælaturas ad similitudinem ovorum, et funiculorum, et liliorum*. Tigurina: *Porro asseres ipsi cedrinî, qui erant intus in ædes, extrudebant nodos prominulos, floresque apertos*. Pagninus: *Sculptæ erant sculpturis instar pomorum, et cælaturis instar florum*. Hispanica translatio: *E de cedro era la casa de dentro arfol-*

Qu'il y en a qui au lieu de couvrir d'or le temple spirituel de leur cœur, le gâtent, dit saint Ambroise, et le couvrent de boue! Car, si la justice que produit la charité, nous est figurée par l'or, l'injustice et l'iniquité ne méritent que le nom de boue: *Aurum justitia, iniquitas lutum est*. « Or excellent, dit encore ce saint Père, c'est le sang de Jésus-Christ, qui est d'un prix infini pour nous racheter, et qui a une vertu toute divine pour laver tous nos péchés. *Bonum aurum sanguis est Christi, dives ad pretium, profluus ad lavandum omne peccatum.* » (Sacy.)

*lada de laços redondos, è averturas de flores*. Cajetanus, ut accepit à suo Hebræo: *Incisiones artificiosæ, et incisiones ad instar gemmantium, seu florentium ramusculorum*. Longum esset rationem reddere, unde ortæ fuerint tot, tamque diversæ translationes; satis nunc fuerit ostendisse nostrum interpretem generatim explicuisse tabularum variam cælaturam; alios verò explicuisse distinctiùs. Quare alii aliis, ut opinor, contrarii non sunt, quia eadem significant omnes; alii tamen aliis magis explicitè. Fortassè istæ cælaturæ sunt cherubim, et palmæ, et alii flores de quibus postea.

Hæc dixi quàm brevissimè et commodissimè potui. Sed est hic nodus plurimum, ut apparet, implexus, quem exsolvamus oportet: nam cum hoc loco domus ex asseribus cedrinis dicitur obducta, tamen Paralip. 2, cap. 2, v. 5, abiegnis traditur tabulis vestita. *Domum quoque majorem textit tabulis ligneis abiegnis*. Sed meminisse oportet id, quod aliis locis à nobis observatum est, quodque et fuit antea, et futurum erit sæpè nobis magno usui, nempe in Paralipomenis, ut ipsa indicat vocabuli notatio, non omnia adhiberi, quæ gesta sunt, quæque monumentis mandari sunt digna; sed quæ in libris Regum fuerunt prætermissa. Tecta reverà fuit utraque domus tabulis cedrinis, idque majori, ut apparet ex parte: et ideò in libris Regum de hac materiâ cedrinâ multus sermo; de abiegnâ ideò nullus, quia de abiete parum, aut multò minùs. Hoc tamen scriptor Paralipomenon omissum esse noluit, sed dixit ad tegendum lapides aliquid etiam insertum ex abiete. Quare in plurimis aliis Paralipomenon locis addenda est particula *etiam*, quæ non negat contigisse aliquid, sed aliud quiddam præterea addendum, quod reverà contigit, sed omissum est. Quare sic explico, ac lego locum proximè citatum: *Domum quoque majorem textit, tabulis ligneis etiam abiegnis*. Et fortassè id spectat conjunctio *quoque*, quæ non tam domum domui, quàm tabulis cedrinis tabulas abiegnas associat. De pavimento abiete constrato nihil hic dicit Paralipomenon scriptor, quia in libris Regum satis fuerat significatum expressè.

VERS. 19. — ORACULUM AUTEM IN MEDIO DOMUS IN INTERIORI PARTE FECERAT, UT PONERET IBI ARCAM FOEDERIS DOMINI. Hoc loco *domus* totum spatium significat, quod domum utramque complexum est. *In medio*, ut alibi millies, tantum indicat aliquid esse in aliquo loco, licet ab illo non æqualiter distent extrema. Quomodo Tyrus dicitur esse in medio maris, quia

undique marinis cingitur fluctibus, licet exiguo tractu distet à littore. In parte igitur magis internâ, id est, ad orientalem regionem illius spatii, quod in longitudinem numerat cubitos sexaginta, construxit oraculum, id est, Sancta sanctorum, ut in eo constitueret arcam, quâ nihil erat inter sacra vasa magis augustum, nihil sacratum magis.

VERS. 20. — PORRÒ ORACULUM HABEBAT VIGINTI CUBITOS LONGITUDINIS, ET VIGINTI CUBITOS LATITUDINIS. Hic multi hærent non sine causâ, cum domus tota habuisse dicatur triginta cubitos altitudinis: nunc autem in Sanctis sanctorum, quæ domus illius quædam pars est, decem ex illo numero discesserint. Quare variè aut solvunt, aut fortassè magis implicant hunc nodum. Quidam hic non de toto oraculo agi putant, sed de pariete medio, qui oraculum à templo, id est, ab exteriori parte discludit. Existimant enim parietem illum intergerinum ad viginti cubitos tantum excitari; relinqui autem supernè vacuum et apertum decem cubitorum spatium, ut per illud fumus ex altari thymiamatis ingrederetur ad oraculum, ne illo quotidiano et religioso careret obsequio. Hujus sententiæ pauci non sunt: ita Lyra, Ricardus, auctor Historiæ scholasticæ, Beda lib. de Templo Salomonis c. 10. Sed sanè paries ille medius non magis ad interiorem, quàm ad exteriorem partem domum pertinet; quare non magis interior, quàm exterior diceretur habuisse viginti cubitos altitudinis. Deinde, quia non benè existimari posset oraculum habuisse viginti altitudinis cubitos propter illum parietem, quia paries oraculum non est, et suam propriam oraculum haberet altitudinem, et sicut de totâ illius longitudine et latitudine, sic etiam de altitudine totâ videtur institutus sermo. Vatablus secutus Hebræorum vanissima commenta, ideò arbitratur ad viginti cubitos, quia spatium illud auro tegebatur; reliquum autem, quod à viginti superest, pretiosis lapidibus erat instructum. Sed neque id ex ullâ Scripturâ sacrâ sumitur, neque ad illum cubitorum numerum ratio hæc satis esset idonea. Alii oraculi parietes excitari dicunt ad cubitos viginti, quiddam præterea deficit ad triginta, illud suppleri à trabibus, quibus totius domus, quæ triginta numerabat altitudinis ad cubitos, contignationi jungebatur, quod videntur intellexisse Septuaginta, dum ita vertunt: *Et edificavit viginti cubitos à summo muri latus unum a pavimento usque trabes*.

Ego simplicius hæc accipio, et tantum arbi-

tror viginti cubitos tum oraculum fuisse, sicut triginta templum, ita ut à pavimento ad tectum oraculi laqueatum, quæ est illius altitudo simpliciter, non plus numerantur, quàm viginti cubiti. Neque video quid hic appareat absurdum aut extra rationem atque symetriad architectonicam, si oraculi minor sit altitudo, quàm templi, cum etiam longitudo eadem proportionè minor sit. Neque videbatur decere, ut interior illa domus, quæ decem cubitis erat exteriorè minor, eadem cum illâ haberet altitudinem. Quid si augustum est, et religiosum magis demissum esse illud conclave, quàm elevatum et excelsum? Sanè sicut tertia pars totius domus, nempe vestibulum, duabus aliis partibus multò sublimior, in quâ multò minùs inerat sanctitatis, sic secunda pars, quæ minùs, quàm tertia erat augusta, potuit esse sublimior. Hic videtur simplicissimus atque obvius sensus, quem primùm affert littera; neque alius mihi potior est: cujus cum ego rationem quærerem, duplex occurrebat: altera, quia domus illa minùs patens majorem aliis reverentiam et religiosum timorem exhibebat, cum nihil in eo penitiori conclavi esset, quod non videretur divina majestas explevisse. Nam cum altare esset in illo, et supra altare arca, et in eâ duo cherubim, verisimile est illorum capita, aut tetigisse summum oraculi laqueare, aut ab illo non abfuisse multum. Quod autem altare esset in æde interiori, super quam collocaretur arca, non difficilè discimus ex hoc ipso capite, ubi altare fuisse dicitur in oraculo, cum statim de exteriori domo, quasi de re loquatur omninò diversâ, cum egisset de tabernaculi mensuris, addidissetque, *operuit illud, atque vestivit auro purissimo*, statim subjecit: *Sed et altare vestivit cedro*; altare, inquam, oraculi: neque enim de exteriori domo agere aggressus est, nisi ab hoc loco. Ait enim: *Domum quoque ante oraculum operuit auro*, quod statim v. 22, ubi apertè illud oraculi vocat altare, *totum altare oraculi textit auro*. Super hoc altari erat arca: neque enim unquam placuit, quod existimârunt quidam, arcam fuisse super nudum pavementum. Cum ergo Cherubini denos habeant altitudinis cubitos, si altari atque arcæ totidem tribuamus, nihil erat vacuum à pavimento ad summum usque laqueare. At, ut ex hoc eodem capite constat, Cherubimorum alæ totum occupant latitudinis spatium, cum illorum alæ, quæ effinguntur expansæ, utramque oraculi partem contingant.

Hæc mihi conjectura levis non est. Quod si

minùs placet, (neque enim mihi omninò probatur) accipe rationem alteram, quæ plus habet verisimilitudinis. Et primùm observo in eodem loco ædificatum esse templum ab Ezechiele descriptum, in quo priùs à Salomone ædificatum fuerat. In illo autem videmus acclivem fuisse aream, et ex uno atrio in aliud et ab hoc iterùm in aliud, et ex illo ad priorem partem domus per gradus ascendi. Quare si parietes forinsecùs essent æquales, necesse est, cum inæquale foret pavementum, singularum etiam partium altitudinem esse prorsùs inæqualem. De templo autem Ezechielis non obscurè constat. Nam cap. 40, v. 6, ab externo muro ad primum atrium per gradus ascenditur, et deinde ex aliis ad alia loca similiter; ex quibus sæpè per septem, aut octo gradus paratur ascensus. Lege c. 40, v. 6, 22, 23, 34, 37. Ex atrio autem sacerdotum ad templi vestibulum per octo ascendebatur gradus, v. 49. Cùm autem templi arèa quò magis accederet ad occasum, magis esset acclivis, verisimile est ab exteriori æde, ad interiorem per plures gradus futurum ascensum, quia pavementum multò altius. Quare ex eo pavimento ad tectum, quod utriusque domui æquale fuit, longè videtur in interiori quàm in exteriori domo fuisse altitudo minor. Dixi quod mihi minùs videtur abs re, neque id cuiquam persuadeo; opto ab aliis aliquid afferri, quod magis curioso lectori satisfaciat, aut quod displiceat minùs.

ET OPERUIT ILLUD, ATQUE VESTIVIT AURO PURISSIMO. Jam diximus utramque domum sic fuisse tectam abiignis tabulis et cedrinis, ut nullus appareret lapis, ex quo totum illud opus extructum fuerat. In tabulis porrò eminebant cælaturæ variæ, de quibus supra, cherubini videlicet et palmæ, et alia quamplurima, quæ mirà quâdam varietate augustum illud sacrarium exornabant. Sed dicet aliquis frustra in sculpendis tabulis operam esse consumptam, cùm tota illa varietas inductis aureis laminis esset occulta. Respondeo inductas quidem fuisse laminas aureas; non tamen ita crassas, ut non potuerint sic inflecti tractarique molliter, et accipere illas rerum formas, quas suppositæ tabulæ ad sigillorum similitudinem inducerent, qualia nos plurima quotidie videmus.

SED ET ALTARE VESTIVIT CEDRO. Multi hoc altare fuisse putant thymiamatis, quod erat in exteriori domo, sed placet quod proximè dixi, neque habeo, quid præterea addam. Hoc porrò altare, quod sine dubio constructum erat è lapide, alioqui cur tegetetur cedro? laminis

quoque aureis obductum est. Sic enim statim v. 22: *Sed et totum altare oraculi texit auro.* Adde quòd non videtur, cur vestiri cedro potuerit altare thymiamatis, cùm tantum, quæ è lapide essent constructa, tabulis essent cedrinis vestita: at altare thymiamatis non erat è lapide, sed è lignis settim, Exod. 30, v. 4: *Facies quoque altare ad adolendum thymiama de lignis settim.* Cur autem materia lignea alià etiam lignèa esset includenda, maximè cùm statim v. 3, aureis laminis dicatur esse vestendam? Neque parùm hanc cogitationem firmat Paulus ad Hebr. c. 9, v. 3, ubi cùm in priori domo, quam ibi primum appellat tabernaculum, candelabrum et mensam, et propositionis panes posuisset, in Sanctis sanctorum post velamentum, quod unam domum secernebat ab alterà, arcam inclusit et thuribulum: est autem thuribulum, ut multis docet Abulensis hic q. 16, altare in quo accenditur thymiama. Qui tamen in eo mihi non placet, quòd illud in priori basilicà constituit, neque aliud esse putat ab eo, quod altare dicitur thymiamatis, cùm à Paulo significari apertius non potuerit esse intra velum, id est, in interiori domo. Audi Paulum: *Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, et mensa, et propositio panum, quæ dicitur Sancta. Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum et arcam testamenti.* Si thuribulum altare est, satis apertè locutus est Paulus. Sed fortassè altare non est, sed aliud aliquod vas ex sacrâ supellectili. Porrò in secundo Par. c. 3, v. 8, in domo interiori tegendâ aureis laminis quasi sexcenta talenta dicuntur esse consumpta.

VERS. 21. — DOMUM QUOQUE ANTE ORACULUM OPERUIT AURO PURISSIMO, ET AFFIXIT LAMINAS CLAVIS AUREIS. Sicut oraculum totum texit auro, sic etiam domum exteriorem; neque in illis quidquam apparere voluit, quod non esset ex auro, usque adeò ut clavi, quibus figebantur ac firmabantur laminæ, essent etiam aurei in utrâque domo. Horum verò singuli pondus dicuntur habuisse quinquaginta siclorum, id est, unciarum viginti quinque; sic citata sæpiùs cap. Paralip. v. 9: *Sed et clavos fecit aureos, ita ut singuli clavi siclos quinquagenos appenderent.*

VERS. 23. — ET FECIT IN ORACULO DUOS CHERUBIM DE LIGNIS OLIVARUM DECEM CUBITORUM ALTITUDINIS (1). De cherubinarum formâ et notâ (1) Anagog. Sanctum sanctorum repræsen-

mine multa nos in nostris Commentariis ad cap. 1 et 10 Ezechielis. Quales autem fuerint hi cherubini, quos à Salomone audimus in oraculo constitutos, non est conjectare diffi-

tabat cælum empyreum; arca Ecclesiam beatam, sive homines beatos; propitiatorium aureum humanitatem Christi gloriosam; Cherubini duo angelos sanctos summè concordés in Dei obsequio et laude. His Deitas nobis invisibilis eminet et insidet, ac beatis tam angelis, quàm hominibus summâ inter se charitate flagrantibus, quod binario numero et faciebus Cherubinarum ad se invicem conversis significatur, videndum fruentumque se exhibet, hæcque gloriosâ visione eos in æternum beat. Ita Beda, Angelom. et ex iis Ribera lib. 2 de Templo, cap. 7. (Corn. à Lap.)

*Il fit dans l'oracle deux chérubins qui avaient dix coudées de haut, etc.* Salomon plaça dans le sanctuaire ou dans l'oracle, ainsi appelé à cause que Dieu y faisait connaître ses volontés, deux chérubins d'une prodigieuse grandeur, composés de bois d'olivier tout revêtu d'or. Ces deux chérubins couvraient l'arche de leurs ailes, et enfermaient également avec l'arche les deux autres chérubins d'or que Moïse avait placés au-dessus.

Il semble d'abord que ces deux figures si prodigieuses que fit Salomon pour le sanctuaire, et toutes les autres plus petites dont il est parlé ici, qu'il fit faire en divers endroits du temple, fussent contre le décalogue, qui défendait expressément aux Israélites de se faire aucune figure taillée, ni aucune ressemblance de toutes les choses qui étaient, soit dans le ciel, soit sur la terre. Mais outre que Moïse avait lui-même, par l'ordre de Dieu, placé au-dessus de l'arche les deux premiers chérubins d'or, qui furent couverts par ces deux autres, sans comparaison plus grands, que fit Salomon, il faut remarquer que cette défense, que Dieu fit dans le décalogue, ne regardait proprement que les figures que l'on faisait pour les adorer.

Ces deux chérubins, placés dans le Saint des saints, dont les ailes étendues couvraient l'arche entièrement, étaient la figure de cette grande et prodigieuse charité de Jésus-Christ, qui couvre de sa protection toute puissante, et comme sous les ailes de sa divine miséricorde, toute l'Eglise figurée par l'arche. Le bois même d'olivier dont ils étaient composés, marquait la paix et la réconciliation du monde, et l'or dont il était revêtu, cette ineffable charité d'un Dieu dont elle a été l'effet. Que si tous les autres chérubins répandus en divers endroits du temple avertissaient en quelque sorte le peuple qu'ils devaient tous prendre part à la charité qu'ils leur figuraient, et participer en quelque chose à ce feu divin de l'amour de Dieu dont ils brûlaient; ces deux d'une si extraordinaire grandeur, qui remplissaient le lieu le plus saint du temple, apprenaient à ceux qui approchaient de plus près le sanctuaire, que leur charité devait surpasser sans comparaison celle du commun du peuple; et ils étaient même très-capables d'inspirer une profonde vénération pour la majesté de Dieu qui remplissait le sanctuaire, à ces ministres sacrés que la vue de ces figures si augustes

cile, cùm illorum altitudo describitur decemcubitalis, et alarum longitudo, quarum quævis habet cubitos quinque, quæ non videntur, nisi in humanam naturam et speciem cadere potuisse, et quidem non aliæ figuræ in hoc templo ac loco aut finguntur ab artificibus, aut intelliguntur à Patribus. Humanam certè formam indicat c. 3 Par. v. 13: *Ipsi autem stabant erectis pedibus, et facies eorum erant versæ ad exteriorem domum.* Josephus lib. 3 Ant. c. 6, et lib. 8, c. 2, ait cherubinarum formam nulli unquam visam fuisse mortalium, neque ullum quænam illorum esset species nôsse potuisse. Nihil hic dico de cherubinis aliis, quos vidit Ezechiel, quorum alia est, neque parùm dissimilis, figura ac ratio. (1)

VERS. 27. — EXTENDEBANT AUTEM ALAS SUAS CHERUBINI, ET TANGEBANT ALA UNA PARIETEM, ET ALA CHERUB SECUNDI TANGEBAT PARIETEM ALTERUM; ALÆ AUTEM ALTERÆ IN MEDIA PARTE TEMPLI SE INVICEM CONTINGEBANT. Ex his non difficile est statuere, quæ esset positio, atque habitus ho-

frappait tout aussitôt qu'ils y entraient. « Entrons donc, dit saint Ambroise, dans le Saint des saints avec un cœur parfaitement purifié de toutes pensées vaines et charnelles, et tout embrasé du feu de la vérité, ainsi que ces chérubins: *Ingrediamur in Sanctuarium Dei, ubi est Cherubim, id est, cognitionis profundum, et non labor qui est in incertis et vanis opinionibus. Ingrediamur aditum cognitionum sacrarum, atque interiora penetralia veritatis. Ingrediamur Sanctuarium Dei, ubi sunt Cherubim, in quibus est recordatio sacræ cognitionis, et veri illius atque æterni luminis.* » (Sacy.)

« Ces figures de veau dans le sanctuaire, dit Voltaire, et ces douze veaux qui soutenaient la cuve où les prêtres se lavaient, étaient une transgression formelle de la loi. »

Ce qui est fait par ordre du législateur ne peut jamais être regardé comme une transgression de la loi qu'il a portée. Or, ce fut par l'ordre de Dieu même que Salomon mit des chérubins dans le sanctuaire, comme Moïse en avait placé sur l'arche; qu'il fit fabriquer des bœufs d'airain pour servir de support à la cuve du même métal qu'il plaça dans le parvis. Il n'était pas à craindre que les Hébreux adorassent des figures disposées ainsi, au lieu qu'ils auraient pu se porter à l'idolâtrie à l'égard de celles qu'ils se seraient fabriquées à leur gré. (Duclot.)

(1) VERS. 24. — DECEM CUBITOS HABENTES A SUMMITATE ALÆ UNIUS USQUE AD ALÆ ALTERIUS SUMMITATEM. *Summitatem* vocat extremitatem, q. d.: Extremitas unius alæ Cherubini distabat ab extremitate alterius alæ decem cubitis; singulæ enim alæ erant quinque cubitorum, eratque utraque in rectum exporrecta; quare sub alis corpus sive dorsum Cherubini inter alas interjacens intelligit; alioqui enim plusquam decem cubitorum fuisset distantia, ut patet. Ita Abulensis. (Corn. à Lap.)